



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio
Leodii, 1709**

Caput IV. Expositio verborum illorum: Non habebis deos alienos coram me,
&c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

Amor Religiosus.

V

quam verè Psalmista dixerit: *Melior est dies una in atris Domini super millia.* Deinde quanto magis anima fidelis crescit in virtute, tanto liberius fit à passionum & concupiscentiarum tyrannide. Non ergo cruciatur per concupiscentias; & siquid adversi patitur, non inquietatur: quia non desiderat nisi quod placitum est dilectio, nec nisi ad superna suspirat, per ipsumque affectum supernorum anima christiana in antecessum quasi gustare incipit, quod in æternum se gustaturam fiducialiter confidit. Nec sibi quietem promittit iis in rebus, in quibus eam non invenit; quin immo non ignara in solo se Deo quietem posse invenire, plus adhuc consolationis invenit in actibus pietatis, quam sibi promittebat, magisque & magis experitur quam verè Salvator dixerit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & oneratis esitis, & ego resciham vos. Tollite jugum meum super vos... jugum enim meum suave, & onus meum leve.*

CAPUT IV.

Expositio verborum illorum: Non habebis deos alienos coram me, &c.

21 *S*ensum genuinum verborum illorum Salvator Matth. 4. nobis exposuit, cum diabolum adorari volentem repulit, dicens: *Vade satana, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* In primo proinde illo Decalogi precepto duplex (uti Catechismus Romanus observat) continetur preceptum: affirmativum unum, quo se Deus, ut verum Deum colli jubet & adorari. Negativum alterum, quo diis alienis cultum prohibet exhiberi. Dicendo enim: *Non habebis deos alienos coram me,* perinde est ac si dicere: *Me verum Deum coles;* alienis diis Gentium cultum, soli vero Deo debuum, non exhibebitis; nec more gentilium facies tibi sculpite, ne adores illud.

22 In primo itaque precepto prohibentur tres actus (air S. Thomas q. 122. a. 1. ad 2.) Nam primo dicitur: *Non habebis deos alienos coram me.* Secundo dicitur: *Non facies tibi sculpite.* Tertio vero: *Non adorabis ea, neque colles.* Cultus enim alienorum deorum dupliciter apud aliquos observabatur. Quidam enim quafdam creaturas pro diis colebant, & absque institutione imaginum. Unde Varro dicit, quod antiqui Romani diu sine simulacris deos coluerunt. Et hic cultus prohibetur primo, cum dicitur: *Non habebis deos alienos.* Apud alios autem erat cultus fallorum deorum sub quibusdam imaginibus: & idem opportunè prohibetur & ipsarum imaginum fallorum deorum institutio, cum dicitur: *Non facies tibi sculpite.* Et ipsarum imaginum cultus, cum dicitur: *Non colles ea.*

23 Ita ergo sunt, & alia ejusmodi, religioni contraria, quæ primo prohibentur precepto. Sed quid eo præcipitur: religio seu cultus & adoratio veri Dei: *Me verum Deum coles,*

Dominum Deum tuum adorabis. An etiam fides, spes, charitas Dei? negant plurimi. Affirmat Catechismus Romanus, dicens quod in precepto affirmativo (quo dicitur, *me verum Deum coles*) continetur preceptum fidei, spes & charitatis. Enimvero fide, spes, & charitate Deus est colendus, air Augustinus Enchirid. c. 111. Et l. 10. de Civit. Dei c. 3. de Dei loquens dilectione, *hic est* (inquit) *Dei cultus, hac vera religio, hec tantum Deo debita servitus.* Et epist. 140. alias 120. cap. 18. non colitur ille, nisi amanda. Quia, ut air enarrat, in Ps. 77. *hoc colitur, quod diligitur.* Unde quia Deus rebus omnibus major & melior inventur, plus omnibus diligendus est, ut collatur. Unde Bernardus epist. 109. *h. dicente Scripturam, pietas est cultus Dei, profecto quisquis plus amat mundum, quam Deum, impensis, atque idololatria esse conducitur, colens & seriens creatura, potius quam Creatori.*

CAPUT V.

Religionis natura, objectum, & actus explicatur.

Quia ergo primo precepto Dei cultus & adoratio, ac per consequens religio præcipitur, expositio ipsius exigit, ut hinc de religione agamus. Dicitur autem religio, secundum aliquos, à relegendo, eo quod doceat nos mente revolvere qua ad Dei cultum pertinent. Secundum alios, à reeligendo, quod Deum per peccata & spirituales idololatrias derelictum, per eam reeligamus. Sed melius à religando, quod per illam religati sumus Deo, & ad ipsum unum tendamus, tamquam ad ultimum finem, & primum principium nostrum: quia, ut Augustinus dicit l. de verâ religione c. 5. ad unum Deum tendentes, & ei uni religantes animas nostras, unde religio dicta creditur. Quidquid sit, religio definitur, virtus, quâ Deo tamquam primo rerum omnium principio debitus exhibetur cultus. Ubi ly debitus non sic accipitur, quasi actus omnes, quibus Deus colitur, ipsi formaliter debiti sint in specie (contrarium namque patet in voto, cuius emissio consilii est, non precepti) sed sic ut omnes illi actus soli Deo convenient, ac licet eos omnes in specie non exigat formaliter, exigere tamen potest, & factum exigit in genere, id est secundum rationem genericam agnitionis & protestationis divinae excellentiae.

Ex definitione religionis satis appetat, obiectum materiale, directum & immediatum religionis non esse Deum, sed cultum Dei, siue actus quibus Deum agnoscamus & protestamur esse primum rerum omnium principium, ipsique ut tali, nos submittimus. Formale vero objectum est debitum istius cultus. Ideo enim Deum colimus, quia debemus, siue quia id dignum & justum est. Quare id debemus? quare id dignum & justum est? Ob supremam ipsius excellentiam, in eo relucen-

a 3